



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 23. Papæ statua a Bononiensibus diffracta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

§. XXIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1511.*Papæ statua a Bononiensibus  
diffrausta.*

Vix Cardinalis Bononia discesserat, cum *Ciacon.* in  
 illico Senatores Bentivoliorum par- *Jul. II. t. 3.*  
 tibus palam adhærerent, eosque velut <sup>p. 229.</sup>  
 supremos suos Principes in urbem reci-  
 perent; Venetorum quaque exercitus  
 comperta hac rerum vicissitudine, per  
 montium fauces sese recepit, ubi tamen  
 potissimi aut trucidati, aut a rusticis ex-  
 spoliati sunt. Tota Bononia Bentivoliis  
 parebat, sola arce excepta, quam tamen  
 Joannes Vitellius, cui Papiensis Cardina-  
 lis curam demandaverat, hostibus tradi-  
 dit, cumque eam Vitfrustus Maximilia-  
 ni Deputatus suæ potestati restitui pe-  
 tiisset, cives illam solo æquarunt, ad id  
 adaucti, eoquod Galliarum Regem arcis  
 copias impositurum vererentur. Post  
 hæc populus suum in Papam odium  
 exerrere non dubitans, ejus statuam, cu-  
 jus artifex nominatissimus erat Michael  
 Angelus, in terram projecit, atque in  
 frusta comminuit. Statua hæc Julium  
 Pontificem exhibebat inter militum tur-  
 mas stantem, ac dexteram ad coelum  
 elevantem, perinde acsi exercitui suo be-  
 ne precaretur. Eandem Julius erigi  
 jussérat, dum Bentivoliis urbe expul-  
 sis,

**Sæcul. XVI.** sis, (\*) Bononiensis urbis possessionem  
A.C. 1511. accepit: postea vero illa Bononiensi populo offensionis argumentum evasit; cum enim cives inter se sæpius munitarent, an formidabilis hæc statua manum elevatam exhibens Papam vel populo benedicentem vel maledicentem indicaret; hinc Pontifex quondam Bononiensium quæstionem edoctus, respondit: „utrumque significat, prout cives vel præmio vel poena se dignos redderent.“ Porro suscitato hoc tumultu Bononienses horum verborum memores, indignationem, rabiemque suam vehementius exonerabant, adeo, ut seditionis ope Trivultio jam integrum esset, arma sua ad ampliores victiarum cursus protendere; quippe Romandiæ urbes eidem auxiliares manus præbebant, & Foro-Cornelienses, necnon Foro-Livienses civitatum suarum claves porrigebant; cum vero Trivultius ex lege Turonensis conventus non nisi Bentivoliis rursum Bononiam afferere a Rege juberetur, Ecclesiæ statum infestis armis invadere non audebat, ejusque agendi rationem Regi fuisse probatam, nova, quæ paulo post a Franciæ Aula accepit, mandata indicabant.

## §. XXIV.

(\*) Ope Gallorum addunt Ciaconius, aliqui que Scriptores.